



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

§. I. De obligatione Sacerdotum ad pensum Horarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

PSALTERIUM ECCLE-
SIASTICUM

In Horas Canonicas distinctum.

§. I.

De obligatione Sacerdotum ad
pensum Horarum.

Etsi hominibus omnibus debitum incum-
bit Deum religiosis obsequiis colendi, se-
legit tamen Deus ex his nonnullos speciali-
ter, & per Ecclesiam ad sacram hanc fun-
ctionem stabiliter obeundam deputavit; ut
totius Ecclesie nomine & vice, horarium
pensum velut debitum à toto corpore my-
stico tributum persolverent, & bona donā-
que cœlestia Reipublicæ Christianæ ab eo
impetrarent. Duplex enim munus Sacerdo-
tes, vi Ordinis, ab Ecclesia obtinent, pri-
mum sacrificandi, alterum pro Ecclesie
necessitatibus per officium Divinum de-
precandi: atque hinc oritur, ut licet Sa-
cerdos sit in peccato, & ex propriis meri-
tis preces ejus pro illo statu impetratorie
non sint; oratio tamen ejus, ut est à publico

D 6.

Mini-

Ministro, habens adjunctas preces & merita Ecclesie, est apud Deum impetratoria, quia nititur meritis & sanctitate Ecclesie, ad quam Deus respicit. Ideoque Sacerdoti non legitime impedito, absque gravissimo peccato non licet horas, aut notabilem earum partem intermittere.

§. II,

De tempore Horarum.

Propheta Regius, licet regni totius negotiis distentus, septies tamen in die laudem dixit Domino Psalm. 128. Triumphaverunt cum Daniele in precibus celebranda observarunt horam tertiam, sextam & nonam: sed Ecclesia (ut docet S. Cyprianus sub finem orat. Domin.) pluribus à Deo beneficiis exornata quam olim Synagoga septem orandi tempora servanda statuit. S. Clemens L. 8. Constitut. Apost. c. 34. ordinat: Preces vestras facite, Diluculo, tertiâ horâ, sextâ, nonâ, vespere, & in gallicantu. Diluculo gratias agentes, quoniam am illuminavit nos Dominus, expulsa nocte & inducto die. Tertiâ: quoniam illâ horâ Dominus sententiam Pilati accepit.